



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Obedientia Professorum, & obligatione docendæ Doctrinæ
Christianæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

reditibus sustentari: / ut dictum est supra
Jul. III. p. 77. Part. 2. C. 3. Sect. 1. §. 2.

S E C T I O II.

De Obedientia Professorum, & obligatione docendæ Doctrinæ Christianæ.

*Professi sub-
sunt Regulis
communibus.*

*m C. 3. D. 21.
& C. 4. D. 22.*

*Nec eximuntur
universaliter à Superioribus
non Professis.*

I. **V**I obedientiæ, quam vovent Professores Religionis Prælati, ad distinctionem ejus, quam promittunt Summo Pontifici ad Missiones, cum opinari quis potuerit ex Const. Part. 6. Cap. 3. §. 1. & 3. Professores non obligari regulis communibus domesticæ disciplinæ, utpote ea virtute præditos; quæ hujusmodi præfidiis non indigeret: declaratum est oppositum; scilicet ab omnibus sive Professis, sive Coadjutoribus formatis Regulas communes Societatis observandas esse: neque id repugnare citatæ Constitutioni. *m*

2. Præterea cum in Const. Part. 8. C. 3. A. & Con. 1. D. 42. dicitur Professores quatuor Votorum præesse non posse eos, qui eodem Gradu Professores non sunt; sermo est de præsentia in Domibus Professis, vel integris Provinciis; ubi Subditi communiter Professores sunt quatuor Votorum: alioqui

qui non Professi (modò Sacerdotes sint) præesse Professis possunt : atque hi ad obedientiam illis præstandam tenentur. »

» C. 3. D. 21.

3. Quod verò in formula Professionis additur post promissam obedientiam : *Et secundùm eam, peculiarem curam circa puerorum eruditionem, juxta formam vivendi in literis apostolicis Soc. JESU, & in ejus Constitutionibus contentam* ; non inducit aliam obligationem, quàm reliqua spiritualia exercitia, quæ ad auxilium proximorum adhibentur. Mentio autem de pueris docendis, ea de causa fit ; ut sancta hæc exercitatio peculiari modo sit commendata : & quia faciliùs oblivioni tradi poterat, quàm alia magis speciosa ; cujusmodi est prædicatio &c. »

Quatenus ad Catechesim tenentur.

» P. 5. c. 3. B.

4. Ut ergo tam sanctum exercitium in desuetudinem non abeat ; præter eam curam, quam P. Generalis suscipere debet, ut Nostris familiare sit ; quivis Professus, & Coadjutor spiritualis formatus, post susceptum Gradum, intra annum per 40. dies, vel continuos, vel interpolatos, teneatur Doctrinam Christianam pueros, atque rudes personas docere : quod ex praxi S. Fundatoris derivatum est. »

Hujus Voti executio.

» Paul. III. p. 12. & C. 1. D. 138. & C. 2. D. 58. & R. Prov. 71.

SEC-